

mens Alexandrinus supplicationem quandam sacerdotum /Egypti describens (Strom. lib. 6) sacerdotem induit plumis in capite ornatum, librū eum regulā in manu tenetem, adjecto etiam ad scribendum atramento, et junco ad characteres formandos. Apud Gracos et Tureas nostrā etiam zetate non penae quidem, sed arundines ad scribendum obtinet; quemadmodum apud Romanos olim in usu fuisse scimus.

neque manus charte, nodosaque venit arundo.

(Persius.)

Quoniam instrumento scriberentur volumina, nusquam in Scripturā appetat; frequens verò de stylis pro tabellis, de quibus nos supra egimus, mentio. Porrò styli et tabellas in vaginā recedentes, latere appetere deferuntur; vaginā Hebrei *Keſet*, Graci *Graphia*-rīm appellantur.

Volumina ista non tantum latere scribi conveverant, quenadmodum et critici omnes convenient, et apud Ezechielis satī indicatur 2, 9, qui volumen scriptum intus et foris, tanquam singulare describit: *Ecco manus missa ad me, in quā erat involutus liber, et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris.* Quam verò exhibent figuram priscorum volumina, Zacharias ferè depingit: *Oblatum est, ait, mihi per visum (Zach. 5, 1, 2) volumen 20 cubitis longue; 10 latum.* Non tamen omnia ejusdem amplitudinis volumina fuisse credimus, sed planè suam extitisse oportere inter codicem istum, et vulgares proportionem. Ex cortice, sive papyro /Egypti om-

nīa hæc constitissæ faciliè crediderim. Sunt qui morem scribendi in pelibus ex illo Psalmi reprehendissent sibi visi sunt: *Extendens cælum sicut pellēm* (Psal. 105, 5); nempe extendens cælum, velut volumen pelli-
cēum; sed hebraea vox aperte sonat tentorium, vel pellēm tentoris conficiendis. In Tobia (Tob. 7, 16) et Esdrā (4 Esdr. 15, 2), vox charta occurrit, quæ papyrus /Egyptiam designat. Sed cū in Graco Tobie nihil nisi vox *Biblion poteat*, quo ex eo libro de figurā atque materia codicis lantandū testimonia incertissima sunt. Sub Machabeis volumini obtinuisse (4 Machab. 5, 48) phrasis illa satis indicat: *Et expan- derunt libros legis.* Eudem morem Judgei oī J. C. aetate, et hodi usque in Synagogā servant, ingenti-
bus voluminibus scriptam legem et Prophetas custodi-
entes. Hac aperissima Luc. 4, 17, 20: *Tradidit est ei (Jesu) liber Isaiae Prophetas, et revolutū liber, etc., et cū plicuerit liberum, reddidit ministro.* Quæ sanè verbo volumini ferè depingit; quenadmodum et illa Apocal. 6, 14: *Cælum recessit sicut liber involutus.* De atramento et chartā mentio occurrit 2 Jo. v. 15, et apud S. Paulum (2 Timoth. 4, 15), volumina ex pa-
pyro /Egypti, et ex membranis distinguuntur egypti: *Affer tecum et libros, maximè autem membranas.* Quan-
quā unicus iste textus est, in quo membrane aperi-
tissimè exprimitur. Tabellarum etiam usus non ob-
serve se prodit in tabellā quam Zacharias, pater S. Joannis Baptiste, ad scribendum pueri nomen postu-
lavit (Luc. 1, 63).

DE LINGUA PRIMITIVA ET LINGUARUM CONFUSIONE

Dissertatio.

In variis dissitasque linguis discretos mortales homines profani scriptores animadvertisentes, veram ejus rei originem scrutaturi, varia excoigūrunt systemata. Autumārunt nonnulli, sub ipsius mundi exordiū, aureum regnum tenente Saturno, non omnes homines tantum, sed et bruta etiam, pisces, aves uno eodemque sermone tanquam veracula usos (Plato in Politic. Philo de Conf. ling. p. 520). Additur in fabulis, felicitatem snam minimè intelligentes homines, missā ad Saturnum legatione, immūnem à letho vitam postulasse, minus aquam reputantes, privilegium illud, quod ultrō serpentū collatum fuerat, ut scilicet singuli annis atatem suam vetera spolia exuenis inovaret, hominibus invideri. Minus aquis auribus rem accipiens Saturnus, non postulata tantum negavit, sed panem infixit, et idiomatis communione privatos illos volens; quod in hominum lingua dissidium mutuō se in vicem separare illos cogit.

Qui fortuito casu, sive humenti terrā solis calore

fœtū productum hominem autumārunt, in ea fuerunt persuasione (Diodor. Sicol. I. 1, p. 5 eu 80), terram ubique, quā latē patet terrarum orbis, homines effusisse, nullā usos certā linguarum vel signorum methodo, ut latentes cogitationes suas alii significarent; que tamen omnia temporis successu inventen homines, ne mutuō inter se consuetudine privarentur, variā inducētes vel idiomata vel signa, prout casus, ingenium, usus in singulis tulit (Horat. Satyr. I. 1, satyr. 5, v. 99, 100):

*Cum præpærerint primis animalia terris,
Mutam et turpe pecus, glande atque cubititia propter
Ungubus et pugnus... pugnabit...*
Donec verba, quibus voces sensusque notarent,
Nominaque invenire...

Ab ipso rerum exordio certa indita rebus ipsi nomina putare, stoliditā damnat Lucretius (1):

(1) Lucret. I. 5. vers. 1040. Vide et Vitruv. I. 2 de Architectur. c. I. Primos homines sine sermonis

*... Putare aliquem tum nomina distribuisse
Rebus, et inde homines didicisse vocabula prima,
Desipere est...*
Addit idem Lucretius:

At variis lingue sonitus natura subegit

Mittere, et utilitas expressit nomina rerum.

Varia haec systemata expressit ignorantia, quā de verā hominī origine tenebantur pagani; neque enim sive homines ex uno quodam prodīsse (Gen. 1, 26, Act. 17, 26), sive primum illū hominū parentem, quā erat à Deo predīs sapientia singulis animantibus peculiaria nomina assignāsse (Gen. 2, 19), nō rānt. Quā primus ille hominū parentes utebarū, lingua ad filios transmissa, pura putaque sine alterius admixtione ad diluvium usque servata est; vel saltēm velut accipitū a primo hominē depositum sancte custodiat justorum genū Seth, Enos, Laeoch, Noe. Cū autem Noe, velut alter Adamus, novos in colā mundo daret, candem pariter, quā prior illa Adam, linguam in filios transfudit, et longe latèque cum illis propagavit. Factum inde, ut post seculū circiter ad diluvium (A. M. 4757), cū auctostris plus nimio homines unus idemque locus non ferret, posceretē divisionem, sermo unus esset omnibus (Gen. 11, 1, 2): *Erat terra labii unius et sermonum corundem.*

Fatetur quidem, postremū hoc Scripturæ testimoniū: *Erat terra labii unius et sermonum corundem*, varii apud variis exponi; sunt enim quī de consiliorib[us] inter homines ascensu exponant (1), ut communibus suffragis decretam turris novaque item urbis aedificationem seorsum omnes probarent. Ille ipsam interpretationem sc̄ens videtur Philo, quādum a allegoriam omnia detorquet de Confus. Ling. p. 522). Haec sanè phrasis, *labii unius*, cui altera respondeat, *sermonum corundem*, summum plurimorum consensum exprimit aliando, ut in illo Jos. 9, 2: *Congregati sunt (rēges Chananea) pariter uno animo, eidēcē sententia Hebreus: Eodem ore, Septuaginta: Silum omnes.*

S. Philastrius Brixiensis episcopus (heres. 36) herēsis notā inuit sententiam illorum, qui ante Babēlicum turrim unum tantum vernaculum in mundo sermonem obtinuisse defenderent. Idem autem fuisse tum hominibus, quod et Angelis, privilēgūm censem, ut singuli omnes callerent linguis. Sed cū, addit, tanti doni largitor Deo mīns aqua, facta ab illo secessione, rependerent, eoque perdeuerit spiritu turrim adscendāndam aggrederentur, actutum linguarum oblivione multati sunt: *Oblivione immisā à Domino, rix discere prevalent, non omnes, nec multas, sed vix paucas linguis.* Vulgo tamen Patres et interpretes, quā Judei, quā Christiani, de unicō in mundo vernaculati usi diū in cavernis terre ferarum instar habitāce, ac crebris nutibus, spiritū vocali et voce rudi animi sensus designāsse; ac sic dēnum ex eadem voce de eādem re sūpīs repetītae vocem articulatam, vocabula significativa ac sermonem usum orūnt esse.

(1) Joan. Cleric. in Gen. 11, 1. Theologorum quorundam Holland. Sententiae. Gallicæ.

(2) Hist. Critic. V. T. lib. I, cap. 43, 53, et Respon. ad Theolog. Holland. cap. 20.

culo sermone dictum illud Mosiacum interpretantur. Nec sanè alter obvius pronousque sensus insinuat. Lectoris sui animū ad excipiendam linguarū confusione preparatus Moyses, illud ante animad- vertendum duxit, nimirū uno ad usq[ue] ore omnes locutos; et cū his verbis æquivocum aliquid subesse inteligeret, mentem suam aperitoribus aliis prodens subdit: *Et sermonum corundem.* Ad sententiam S. Phi- lastrii quod attinet, illi sanè de singularitate sua prædicatū est, quippe quæ refragatores habet reliquos omnes Patres, contraria plāne ratione textum Mosiacum interpretantes. Quā verò ratione linguarū ista confusio induceretur, nec satis assequimur, nec satis inter autores convenit. Prodigio divino factum aliqui putant, ut maxime hominū portionis phantasia simul et memorī penitus inverse, notum ante sermonem in novum alium transmutarent. Hanc rerum inversionem Angelorum ministerio inducatam alli tuenter.

Non promptam aliquam subitamque linguarū in versionem agnoscit S. Gregorius Nyssenus (Orat. 42 cont. Eunom. p. 355, 354); sed illud tantummodo Scriptura verbis insinuari opinatur, homines scilicet tandem uno sermonis vinculo coaluisse inter se, quādū uno omnes in loco subsisterunt; cū deinde in varia abeunt loca inter se dissociarent, simul et vinculum sermonis abruperunt, suū singuli idioma sciunt, ut neque communionē habere sermonum sibi invicem possint. Porro nihil in eā sermonū discrezione sibi Deus peculiarare reservavit, sed omnia nature perficienda reliquit, singulis hominibus facultate permisā, ut quācumque malent voice, diversa plāne ab eā cui illuc usque asseverant, intimos animi conceputū significant.

D. Clericus (1), qui non linguarū, sed consilio- rum concordiam in textu illo Mosaicō agnoscit, in divisione pariter et confusione dissidium animorum, non sermonis pariter invehit. Factum inde autem, ut factū inter homines sedūm et locorum discretionē, et idiomā quoque discrimen naturā ipsā insinuante induceretur. Tandem Simonius (2) lingarū ad tor- turū Babēlicū confusione non aliā ratione ad Deum auctorem referri posse autem, quādū quod ipse Prodigies suū consilio dispositerit, ut homines per varia mundi loca dispergendi vario pariter assueferint sermoni; quod nature legib[us] apprīmē consonum est, ut quisque quomodo maxime volerit, intimos animi sensus exprimat. Est igitur Deus sermonū discretionis auctor et tantum ratione, quādū ratione utendū facultatem hominibus indicerit, unde variarū in mundo linguarū discrepancia.

Porrò tria ista systemata, in unum fermè convenientia, ut omnem prodigiū à Scripturā insinuati rationē evantur, rem maximē naturalem et simplicem mysticā quādā et figurā locutione à Moyse descri-

(1) In Gen. 11, et Epist. 19 Theologor. quorundam Holland. Sententiae. Gallicæ.

(2) Hist. Critic. V. T. lib. I, cap. 43, 53, et Respon. ad Theolog. Holland. cap. 20.

ptam insinuant (Gen. 11, 6, 7). Ait enim Moyses : *Descedit Dominus, ut videret civitatem et terram, quam edificabant filii Adam, et dixit : Ecce nunc est populus, et unum labium omnibus; cuperuntque hoc facere, nec dissident à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.* Venite igitur, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita dixit eos Dominus ex illo loco in universis terras, et cessaverunt edificare civitatem. Tanto hoc verborum apparatu exponenteret tantummodo, Deum permisit inter homines dissensiones id commisere, ut discretis inter se locis et sedibus, illi ab aliis segregarentur; qua locorum separatio sermonum d'scimen invexerit. Semel hanc admisit Scripturarum exponentiarum ratione, ut scilicet evitandorum prodigiorum gratia in nova abire systemata singuli permitantur, et ea systemata, quae historium et literarum sensum, apertissimum licet, corrumptant et evant, quid erit amplius in sacris Libris assertum? Prodigia, expressa licet et clara, cum rebus maximè simplicibus et ad naturae leges confundentur. Ita fiet, ut nimiam in prodigia credulitatem et populorum in eare licentiam refrenatur, quidquid validum est et maximè ad hominum captum in religione asserenda tollatur. Est igitur cur litteralem sensum obliuionis pronunquam hoc in loco sequamur; neque enim ab eo recedere ultra cogit necessitas, statuendumque cum Patribus et interpretibus omnibus, unicame distinguendam linguarum causam in Deum referri, qui ultio- illius generis animadversionem dixit in primos temerari illius operae auctores aggressoresque.

Pro familiarum numero linguarum pariter discrimen inventum fuisse, una ferme obtinuit apud veteres sententia (Lact., Epiph., Eus., Clem., Alex., Hier., Aug., Philastr., Arnob., Beda, ali passim. Vide Natal. Alex. Histor. V. T. t. 1). Principes autem familiarium 70 censebantur, ex quibus totidem linguarum genera inventa. Sed unde septuaginta familiarum tantummodo principes? Ex Deuteronomio 52, 8, inquit: *Quando dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam; constituit terminos popolorum iuxta numerum filiorum Israel.* Porrò filii Israhel in *Egyptum* cum Jacobo descendentes, 70 enumerantur (Gen. 46, 27): *Omnes anima domus Jacob, que ingressi sunt in Egyptum, fure septuaginta.* Alii 70 linguis per filiorum Noe censurunt; Moyse enim auctore, Japhet genuit 14 filios, Cham 50, Senn 26, omnes simul 70. Huic hominum numero duos addunt 70 Interpretes, videlicet in genealogia Japhet, *Elisam*, et in genealogia Cham *Cainanum*. Ephorus aliquis apud S. Clementem Alexandrinum Strom. lib. 1, ad 73 linguas recensent; ad 120 S. Pacianus Barchinensis Epist. contra Novatianum.

Sed inania omnia; quando enim locum Desteronmii ad Babilem dispersi non referendum constaret, quod incertum est maximè; nonne duodecim tantum familiæ recensenda essent, quod totidem haberet Israel filios? Credimus autem numerum istum familiarum minorem habitu fuisse ab assertoribus hujus

sententia, quā ut tantum opus in se suscipere: quare prorogandum censerunt. *Quā autem potuerit pro numero Israelitarum ex Egypto egredientium totidem pariter homines in turris constructionem impendere, nempe ad 600000.* Sed plus nimis aucta adificantum turbam videbatur. Sed quānam conjecturā deducendum esset, septuaginta tantummodo principes familiarum, quo tempore immobilem dispersionem in mundo fuisse? *Elisa et Cainanum*, quid in septuaginta tantum legitur, nihil facessunt negotii assertoribus Hebrei et Vulgate. Qui verò statuunt nec Arphaxad, nec Sale, nec Heber conscius fuisse nefari molinum, sicut et ponā in perdules inficti immunes, illis certè linguarum numerus minor est quā septuaginta. Jetan filius Heber, et tredecim ejus liberis nondum faciliter nati erant, cū lingue dispescerentur; et nonnum in septuaginta linguas discrimerent. Ad hanc, quā potenter ratione septuaginta linguarum genera apud homines distinguit tempore Nenodri, et Noemi state inclinante? Ilodi pariter cū mundi nullus locus suo caret habitatore, vix totidem recenserentur, nisi una in variis dividerentur, et nulla cogitate necessitate non jam idiomata distinguenterentur, sed dialecti.

Sed modo ad vernaculum illum et communem hominum sermonem regredendum. Narrat Herodotus I. 2, c. 2, Psammeticus Egypti regem indagatorum quinam inter mortales homines primi in mundo apparsuisse, singulare illud consuetudo invenisse. Reputabat igitur vir sc̄lētissimus, siquidem fieri potuisse, ut in cognitionem veniret prima omnium lingue; exinde pariter assecuturum se, qui primi fuerint in orbe homines; quare duo recessus non infantes selenos commisi pastori, mandatis orato, ut alterum ab altero seorsim haberet, nunquā coram illis loqueretur, et ab hominum consorio teneret secretos; exploratus inde quo tandem sermone conceptus illi sūs promerent. Cum igitur loqui pr̄tate valerent, pueri ingeminalant identitatem *bēcos*; quod animadverens pastor regi nuntiavit, qui vocem illam cuius esset sermonis vocabulum, investigans, deprehendit tandem, apud Phrygas panem *bēcos* appellari. Ex quo recta illae consecutione intulit, vernaculum populi illius sermonem primigenium fuisse à natura datum hominibus, eamque gentem omnium esse vetustissimum.

Hinc regem non Psammeticum, sed Bocchorim appellat, lapsu quadam memoria, nūi creditum, Constantius Manasse in Brev. Histor. II. Quedam autem hinc maximè animadvertisse, illud ducunt, et egen hinc primorum mundi hominum in cognitione venitum non rectam viam temuisse. Quae enim ē sermone duorum illorum infantium deducitur conjectura, fallere potest maximè. Falsa enim rex constituit, reputata naturaliem quendam esse hominum linguam, unde extere derivarentur, veluti uniuersi ejusdemque idiomatis dialecti; ponens iusper terram alios et alios homines in varie mundi locis effusisse; quod Egyptiorum fuisse sistema Diodoro Siculo auctore discimus. Referunt enim homines universi genus suum à Deo, qui Adamum et Evam condidit, illos primos

loquendi, ratiocinandi, imponendi rebus nomina auctores; omnium enim illi sapientissimi, expediat habebant ratiocinandi et loquendi, utpote perfecte jam ætatis homines producti, facultatem. Non nisi per errorem quis opinaretur, datam fuisse hominibus certam sermonis rationem, quemadmodum sua habent à natura indita bruta quelibet signa, veluti clamores, sibilos et cantus. Neque id etiam statuendum, tanquam omnibus quēbris peculiares sint à natura date voces. Avis recens excusa, et longè ab avibus sui generis innaturita, eorum potissimum sonos imitabitur, quos stridentes fortè vel canentes instrumentis quæ studentes audierit. Sunt etiam qui humanam vocem imitentur. Ita pariter et cum infantibus longè ab ho- minum consortio innutriti contingit, ut sonos exprimant brutorum, qui forte tenellas auribus insonturunt.

Sequuntur ipsi Psammeticus infants balantes oves vel fortè capellas audiuntur; balatus illos expriment, clamantes illi pariter *bēcos* vel tantum *bēs*; os enim greci est terminatio ab Herodoto addita. Si alterius cuique voces auribus illorum insonnissent, imitatione retulissent actum. Fortè etiam eas vocem illam pronuntiantur, quoniam immediatas quādoque voces, nihil in nostro quidem sermone sonantes, edimus interdum, varios mentis conceptus significatur; contigit autem quandoque, ut quæ nullam habent in nostro quidem idiomate significacionem voces, aliquos non inanes referant in Hebreo, Aralico, Graeco, Germanico. Quid ergo? An recta inde consecutione inferretur, indicia esset illa primigenia et naturalis lingue, quid nobis inopinato et immediatis occurrit? Si hec absonta, absolum est pariter Phrygum linguam primigeniam, sicut et vetustissimos esse in mundo Phrygos inde constitui, quid duo infantes casu *bēcos* clamaverint, cui voci Phrygorum sermone sus est significatio.

Quando autem fatetur, naturalem esse aliquam hominis linguam, vitiosa esset semper argumentatio illa: Vernaculum Phrygum sermo naturalis illius linguae vocalum retinet; non alia est ergo naturalis hæc lingua quā Phrygum. Porro ex singularibus nūi nisi singularis status. Ad huc, Phrygus Psammeticus zetate primitivum illam lingua servasse quis ad sensum demonstrat? Si enim in alium transisset sermonem, tota regis Egypti ratiocinatio corruit. Si naturalis quedam datur lingua, nemo hominum illam non careret, vel saltem nullo negotio, utpote nature omnium et genio consonam, disserit. Nemo est autem qui naturi magistris idiomati quodquid eductus loquatur. Exercitationes linguas discimus et studio, leviori quidem maternam, quam unā veluti cum lacte saginus; improbo vero ceteras. Suppetunt etiam exempla quedam ab experientia; infantes enim ab hominum commercio nullam quidem vocem, nisi edocti, dare noverunt. Ita narrat Purchas (lib. 1, cap. 9 apud Walton, Prolegom. Bibl. L.), de pueru, iussu Melabdin Echela regis Indostan seu magni Mogoli longè ab hominum consortio innutrit. Linguis apud Joannem Radvitz (Joan. Radvitz carm. Ale.

Vide Moreri v. Ursin.), an. 1601, inventum apud Polonus in saltu quoddam Lithuaniae geminos novemne pueros cum ursis gregatim errantes. Non facili labore captum ex illis unum coram rege statuerunt; quem baptismum initivit episcopus Posnanensis, levavit è sacro fonte regina. Puer autem ille bellum altè imbibebat adeo, ut quanquam salvus omnis loquebas organum, nec sermonem illum proferret, nec discere unquam potuerit.

Querendus est ergo inter vulgares primigenius ille Adamo inditus sermo. Sed varia eā de re sententiae Hebraicam lingua maxima scriptorum pars praesert; alii Syriacam malunt; alii Chaldaeam vel Ethiopicam vel Armeniam; nemo tandem ex Orientalibus vetustatis privilegio in eo quod attinet ad sermonem alteri conedit (vide Simon. His. Critic V. T. lib. 1, cap. 14). Goropius Becanus serio docet Belgicam linguam ipsissimam esse primi hominis vernaculaem. Sun tandem inter viros doctos non rari, qui primam illam lingua intercedisse penitus arbitrantur; alii voculas quasdam illius remaneant censem in Hebræorum etenim orumque Orientalium linguis disseminatas, quarum tamen radices ferē omnes latuerint. Singula modò ad examen revocanda.

S. Gregorius Nyssenus (orat. 12 contra Eunom. pag. 554) omnium, quos noverimus, primus decuit, matricem illam lingua intercedisse; tenere enim se à viris in Scripturarum scientia docissimis, hebraicam linguam non eandem referre antiquitatis in-dolem, quā alia nonnulla; Deum autem inter cetera, quibus populum summum donavit, prodigia, illud etiam non exiguum contulisse, ut in ipso egrediendi ex Egypto articulo novam illis lingua ante ignat, et singularium mentibus infusam tradiceret. Laudat in eam reni illud Ps. 80, 6: *Cum exiret de terra Egypti, lingua, quam non noverat, audit.* Si enim hæc ad Moysem, ait ille, referantur, non nisi de hebraica lingua exponna sunt, quā sola in scribendo usum illius simus.

Judeis facilè opinionem hanc suam de prodigio in exitu populi ex Egypto debet S. Gregorius Nyssenus (1); sed Iudeorum auctoritas quancum facit sit, ignorant nemo. Porrò locus ille Psalmi illud tantum insinuat, Josaphat, id est, Israelitas ex Egypto egredientes vocem loquentis Domini tunc primū audivisse. Que verò è doctorum quorundam virorum animadversione dicidisse se tradit. S. episcopus, lingua nempe hebraicam nescio quid novi referre, quod nunquam vetustiores lingue spirarent, id maximè reputant doctissimis nostris critici et hebraicam linguam maximè callentibus, qui in Hebræorum sermoni nūi non vetustum agnoscunt; concius est enim, simplex, exprimendi vim habent singularem, fecundus, cū sit plurim in ceteris Orientalium linguis regnantium vocum fons et origo.

Recentiores illi, qui in S. Doctoris sententiam con-

(1) Theodoret. quest. 61 in Genes. hæc eadem insinuat, laudans pariter in eam reni illud Psalm. 80, ut de S. Gregorio jam attulimus.

cesserunt, altero sibi argumento persuadent primigenianum illam linguan interisse (1). Observant igitur illi, in ipso Moysi totaque Babelicam confusionem precedenti aetate plura obtinuisse nomina, quorum nulla est in vernaculo Hebraeorum sermone significativa; eorum vero, quorum in hebreo occurrit radix, illa potuit Moyses per se aptasse, cum scilicet vetera illa nomina in suam linguan vertitur; forte enim vir illa sapientissimus novit hebraicas illas etymologias, quas modò in ejus scriptis animadvertisimus, addere. Similia notant exempla in variis hebreis, grecis et latinis auctoribus, pares etymologias et allusiones referentibus. Majora tamen in Hebraeorum sermone, quam in exteriis aliis orientalibus linguis primum illius vestigia superesse, ultra quidem concedunt; negant vero ipsissimum esse Adamicam, et omnium, quotquot unquam fuerunt, vestitissimam.

Sed his omnibus duo responda, 1^a hebrei sermonis multa nos hodie latere, nec proinde monstrari loco habendum, si radices plures vel ignoremus, vel in decursu toti seculorum interdicere constet. In lectione sacrorum librorum nunquam non animadversum viri docit voces, quarum radices frustra nisi in linguis arabica, chaldaea et hebrei quererentur. Familiares illa erant Hebreis ut ex genti scriptoribus intelligimus, sed longa desuetudine antique penitus intercedeant. 2^a Non abs re opinamus, primaveram lingue radices plures in confusione Babelica et deinceps intercedisse, ut vernacula Grecorum et Latinorum sermone, multo sane recentiori, rupere accidisse constat, quot enim veteres in illis radices et voces abrogatae et neglectae nomini in vetustis eorum scriptorum operibus servantur? An ergo rectè inde consecutione inferamus, grecum et latinum interisse, vel illis salvius, eodem illo arguendo hebreicas vel Adamicæ linguae causas probarebut? Theodoretus (quæst. 60, 61, in Gen.), Amira (Georg. Amira Praefat. in Gramm. suam Syriacam), Myricus (Praefat. in Gramm. suam Chaldaicam), aliisque montis Libani Maroniticæ, primæ linguis honorem Chaldaicæ, vel Syriaco vindicantes, rem faciunt pictati quidecum in patria sue, non critica exactissima maximè conducedent. Nomina Adam, Abel, Eva, et alia multa radicem habent chaldaicam, ideo scilicet, quod haec surculus sit hebreica; et que nunc exhibetur inter duæ haec idiomata similitudo, major olim et ab initio spectabatur. Quod autem vetustatis privilegium hebreica supra chaldaeam lingua asserit, illud non contemendum, quod illa concisa sit præ ista maxime, et simplicior.

Duæ hæc sententias conciliaturi viri quidam docti autumrunt, chaldaeum et hebreicum unum esse cunctumque sermonem; quare cum Theodoretus syriaci vel chaldaici vetustatem pretulerit, nihil aliud eo nomine insinuatum ab illo volunt, quam veterum hebreicorum sermonem, quem cum vernacula regionis

(1) Vide Grat. ad Genes. 11, 1, et not. ad lib. de Verbi Relig. Christ. num. 45. Haec. Domest. Evangel. propos. 4, cap. 15. Claver. Germania Antiq. pag. 74. Georg. Hart. not. in Sulpi. Seyer. lib. 4, pag. 22. Henric. Kipping. de lingua primævæ art. 6.

sue confuderit. Revocant in eam sententiam Philonis, asserente versionem Septuaginta est chaldaeo adornatam fuisse; sicut et legem chaldaicis litteris traditam ignotum exteris diu latuisse (Philo de Vitâ Mosis lib. 1, p. 657, 658, 659); ex quo utique intelligimus, inter chaldaeum hebreamque lingua nullum fuisse viro huic eruditu discrimen. In eam fermè Theodore interpretatione concedunt Villapandus (Apparatus urbis ac templi, tom. 5, p. 372, col. 2.) et P. Thomassinus (Method. ad docendas et discendas linguis lib. 2, cap. 1, art. 11, pag. 159.), quibus visum est, Theodoretum inter assertores vetustatum hebreica lingue recensere.

Quo vero Philoni duas hæc linguis confundenti repausonam nunquam fieri potuisse admittimus cum S. Hieronymus in Daniel. c. 1, ut rex Nabuchodonosor tres illos pueros officia aulae chaldae destinationes erudiantes in Chaldaeum idiomate traderet; siquidem hebreicus cum Chaldaeorum sermone confundetur. Nec Eliae in loquentem hebreicæ ad legatos Ezechie regis Judea (4 Reg. 18, 26), Rabiscem obsecrasset, ut chaldaice potius vel syriacæ loqueretur, ne populus, qui forte in moebus aderat, dicens verba auscultaret. Experimento etiam quotidiano discimus, quam vera de se testatur S. Hieronymus (prefat. in Dan.), nimis post improbum in litteris hebreicis studium, iterum esse nobis laborandum, ut chaldaeum addiscamus.

Ad Theodoretum quod attinet, frusta adducetur in patrocinium illorum quibus hebreice lingue vetustas probatur; quo enim in loco de primavâ illâ lingua agit, illa factâ chaldaeum inter et hebreum collatione, primum illum alteri præfert. Non ergo utramque lingua confudit.

Veteres ille etymologiæ, Adamicæ lingue reliquæ, id est forte in Chaldae illo supersunt, quod vernacular Chaldaeum sermo hebrei esset dialeucus, ex quo factum ut in utroque illo codem pariter radices deprehenderentur. Ad hæc sunt quidem, fatemur, radices quedam in chaldaeo, frusta in hebreico quendem; sunt vicissim et aliae in hebreico quidem superstitives, in chaldaeo nihil habentes simile. Ita, v. g., legit hebreus: *Hæc appellabitur Ischa* (id est, Virago). Chaldeus autem: *Hæc appellabitur mulier* (letteta) *quia de viro suo sumpta est* (Mibsaal).

Quod Amira maximè urgat argumentum, illud est. Abraham ejusque progenitorum chaldaeum referent originem; quare chaldaeo, antequam hebreico, tanquam vernacular uteretur sermone; superat ergo chaldeus vetustate sua hebreicum. Cui reponimus: 1^a Inter geminas hæc linguis satis olim convenisse; faciliè proinde utramque callens Abrahamus, cum in Chanaanitidem veniret, loquentes Chanaanos, quorum est idem ac hebreus sermo, percepiebat. 2^a Fac autem Abraham chaldeo, antequam hebreico, assuevit. Quid inde? an proinde chaldeus vetustate potius est hebreo? Ut judicium de hac questione feratur, res ipsa in examen revocanda est, et utrinque monumenta expendenda. 3^a Quanquam hebreicus sermo ex

tunc à Chaldaeum vernacula facilè distinguetur, certò tamen constat, Abrahami familiam hebreicam assuevit, antequam in Chanaanitidem transmigraret; cuius rei certum exhibent argumentum hebreicæ nomina ipsiis Abrahami, Sara uxoris ejusdem, sicuti et parentum, fratrum atque nepotum. Cum Jacob in Mesopotamiam veniens ad Labani avunculi sui aedes divertisset, nullo negotio responsa dabat excipiebat. Utriusque uxori illius atque obstericum, sicuti et filiorum nomina hebreicæ sonant; nec nisi ex hebreico petunt illusiones, quas in eorumdem nominum impositione patre sibi proposerat. Non ergo nisi temere proarsi inferimus, Abrahamum antea chaldeos assuevit quam hebreicam. Si Chaldei et Babylonii origini sue autores haberentur Cham et Chus, quemadmodum facile suadet Nomrod filius Chus, imperio sive sedem Babilone constitutis; si hæc, inquam, vera sunt, monstri profecto non habebit, si Abraham, et ejus familia genus è Semō referens, purum putumque hebreicam creperant, alterum illum profecto à chaldaicæ, quo Babylonii uterantur. Eundem hebreum vernacular habet Laabanus, quemadmodum ex impositis nominibus ab ipso et Jacob monumentis ab utroque in monte Galaad erectis (Genes. 31, 47, 48), satis constat.

Goropius Beccanus, cimbrice seu belgica lingue antiquitatem demonstratus, rem totam egisse se putat, si etymologiæ quibusdam ex lingua, agrè illi quidem, hebreicæ primorum parentum nomina expont. Ita, ex. gr., *Adam* deducit ex belgico *hat dan*, agger invidia; veluti si primus ille hominum parens agger esset invidie oppositus; *Eva* ex *Eu-vath*, id est, vas scutis; erat enim Eva dominum germen et principium. *Abel* ex *hat belg*, odium bell; illatum enim in se à Cain bellum injustum Abel exercutus est. Tandem *Cain* ex *ait-ende*, id est, malus finis. Noe ex *nos acht*, qui necessitate cogitando prævidet. Sed lectorum patientia abutere musta talia referentes; quid refutantes? Que, rogo, lingua antiquitatis sibi privilegium non asserunt, si non dissimiles etymologiam valuerint?

Arabes, Armeni, Ægypti, Sincenses, Æthiopes hæc pro se afferunt. Plura, inquam illi, primorum parentum nomina suam habent respondentem in nostrâ lingua significacionem; regionem nostram frequentant vetustissimi illi Patriarchæ; gens etiam nostra cum vetustissimis certat; his profecto omnibus persuadetur, vernacular apud nos sermonem ipsissimum esse Adamicam. Verum singula haec singillatim multum planè à demonstratione recedunt; omnia vero simili convenient ex his gentibus nulli. Vernacular Armenorum et Syrorum sermo idem reipsa habendus est cum chaldaeo; chaldaeum vero ex hebreico derivatum constat. Hebreici pariter surculus est arabicus, qui sane originis sua similitudinem adhuc refert. Arabum pater fuit Ismael filius Abraham; quare vetustate illi quidem Abramham non superant; nec proinde majorum sermonis referre possunt antiquitatem, nisi per Abramhamum ad usque posteros Noe Ba-

lia deinde servarit ad usque dispersionem Babelicam, quo tempore Noe, Sem, Arphaxad, Sale, Heber adiuvabant in vivis. Noe 150 annis circiter post Babeliem vitam adiuvabat prodixit; à cuius obitu biennio vel circiter Abraham natus est (1). Si Babelius linguarum confusio in ultionem suscepti temere ab hominibus consili divinitatis iniuriosa est, non sègrè quidem persuaderemur, immunem / sicut à criminis, ita etiam à pena fuisse Noe pariter et Sem.

Cum interim homines in varia orbis loca dispergerentur, Noe, Sem, Arphaxad in Mesopotamia et Chaldaea sedes retinererunt suas. Thare cum tota familiâ in Ur Chaldaea morabatur (A. M. 2082), quo tempore Deus Abraham indixit (Gen. 12, 1) : Egregere de terrâ tua, et de cognatione, et de domo patris tui. Quae dicendi phrasis satis exprimit, sedes habuisse jandiu n et regione fixas.

Ex urbe Abraham in Mesopotamiam ad urbem Haran contendit; inde se contulit in Chanaanitem, tum in Agyptum, iterumque in Chanaanitem, ubi potissimum substituit. In variis hisce locis vernacula semper usus sermone, nullo adhuc interprete, videatur. Nec tamecum inde ego interulerim, unum cundemque sermonem ubique eorum locorum regnasse. Constat enim, Chaldaeorum vel Syrorum, sicut etiam Agyptiorum sermonem alium tunc fuisse ab hebreo; sed ita aliud credo, ut non multum ab illo abhorret; ex quo facile qui unum calleret, alterum inteligeret. Uno verbo, ita apud me constituo, Mesopotamiam universam, Chaldeam, Babyloniam, Armenianam, Syriam, Abramam, Palestinem, Phoeniciam et Agyptum, et vernacula usas sermone, qui satis ad hebreum accederet, ut linguarum confusio in his maximè provinciis sentirent, que multum essent ab ipsis distite. Teneo pariter constitutionem, primogenitae lingue expressiores characters hebreum supra exteris servassæ; quod multi hisce potissimum argumentis persuaderunt.

Recta sententia omnis statuant congruentia origini, indoli, dothibus et proprietatibus nominis singulis quibusque rebus, animalibus et personis imponi eportere. Si contra hodiè nomina absonta, origine et significacione occulta, indita rebus animadversaretur, inde causa repetenda est, quod non matrice aliquâ, sed ex aliis pluribus coalescente lingua utatur. Cum autem in ipso rerum exordio unicus esset sermo, impotens rebus omnibus nomina sua non destituebantur significatio.

Quo igitur in cognitionem primavi illius idiomaticus deducimus, sedulò animadvertemus est, quo potissimum lingua radices continet primorum nominum rebus singulis impositorum, veramque illorum exprimit etymologiam pariter et significacionem. Congruent autem hec omnia cum vernacula Hebraeorum sermone, et ita congruum, ut cum alio nunquam. Imposita nominibus, animalibus, arboreis, locis, metallis, hebraica nomina naturam exprimunt, dotes, vita,

(1) Terram Babelicam componimus cum an. M. 1751. Nœ diem clausit an. 2006. Abraham natus est ad. 2008.

imposita appellationis occasione; equid non? Adam est rufus, quid è subrurâ terrâ, in hebreo Adamu, deductus fuerit. Heva, seu Cheva, derivatur ex Chaiah, vita; Ischa, virago, ex Isch, vir; Cain, possessio, ex Ganah, possidere. Habel est vanitas; Seth, posuit, seu replevit; Seth enim locum Abelis à fratre interfecti occupavit; Eden, delicia: Henoch vel Chanoch, innovation, dedicatio, etc. Brutis imposita nomina significacionem retulisse sum, sicut et extera locorum, fluminum, urbium, et provinciarum, summâ laboris contentione Bochartus demonstravit.

Statuendum est igitur, sive hebraicum sermonem ipsissimum esse Adamicum, et Noemicum, sive eò deducendi sumus, ut fateamur Moysen genuina singularum nomina ad arbitrium proceduisse, noscisse suis ex hebreo sermone deducis in locum veterum et primogenitorum substitutis. Feli plane viri ingenium, qui in eâ nominum transmutatione potuit vernaculi sermonis æquè significativa, et non dissimilibus ducta etymologis nomina in locum veterum substituere. Hæc agnè quidem, sed tamen utinamque in lucubratione aliquâ scribendâ, in quâ raro tantum nomina transmutanda, tentarentur; sed in spuso quodam opere, quale Pentateuchum agnoscamus, vix fieri posse credimus. Opus etiam fuisse, ceteros post Moysem scriptores eandem cum illo methodum secutos fuisse, quod factu possibile minime credimus.

Fac tandem Moysen catechesis sacros Hebraeorum scriptores hanc sibi methodum statuisse; anne poterant eam pariter legem profanis etiam scriptoribus, integris gentibus, atque infestissimis Iudaici nominis adversariis imponere, qui scilicet omnes isdem, ac Moyses, nominibus urbium, locorum, hominum, provinciarum, fluminum teruterunt? Unde tanco concors sententiarum affinitas et similitudo, nisi à lingua illâ primitiva, cuius vestigia in omnibus ferme linguis ac genitibus residua? Nomina Chan, Chanaan, Sidon, Mesor, Mizraim, Aram, Assur, Babel, Jordanis, sive Jaeden, Eden, Nîne, Euphrates, Ararat, Libanus, et alia multa, sacris aquâ ac profanis sunt familiaria. Vero igitur proprius existimamus, primavam hominum lingua hebreum fuisse.

Satis jam occupavimus objectionem illam è rariis illis nominibus deducat, quorum nullæ sunt in hebreo radices. Occurrere illa quidem ultra fatum; sed privilegio vetustatis, quod hebreica lingua assursum, nihil officiunt. Qui enim monstri loco habuerit, si aboliret jam duorum milium annorum desuetudine sermonis voces quedam interiorit, quarum tamen veluti depositum affines quedam et collaterales lingue servarint? Jure quin etiam postlimini restituendu est illis primis, quem tenet in vetustissimo et simplicissimo idiomatico loco. Ad hæc, anomala ratio cogit, ut in vernacula Hebraeorum sermone etymologias omnes queramus nominum, sive apud Moysem, sive in libris sacris occurrencent? Nonne ex illis plura à primavâ illâ lingua sunt aliena, deductaque potius ab externo aliquo sermone, quoniam illo, incertum? Non est ei in nobis nisi de tempore ante

diluvium et linguarum confusionem, habenda ratio.

Aliud in eam rem argumentum ex oculi ductum, quid è vernacula Hebraeorum sermone facile repperitur significatio nominum, vetustissimis gentium numinibus impositorum, quæ sane nomina genuina erant hominum aetate interdum diluvium ipsum superantum. Perrò nomina illa ex Oriente in Greciam totumque latè mundum divulgata, in aliis omnibus linguis in aem reforunt sonum; eum vicissim in hebreo et suam habeant significacionem, et rei prodant originem. Ita Ammon, semper est ac Chan. Idem est etiam Græcis Zeus, Jupiter, ac Hebreis Chan, nempe ardens, fervens. Jupiter sive Jovis, congruit cum hebreo Jova, Jehovah, Jao, Deus. Jepetus est Japheth; Smy est Sem; Neptunus refertur ad hebreum Nipta, quod est extendit. Poseidon, græcum Neptuni nomen, deductur ex Phasah, extenderet. Vulcanus ipse est Tubalcain; Ares, id est, Mars, repetitus ex Artis, fortis, violentus, Venus ex Benoth, pueræ, sive ex Band, filios habere, domum construere; et sic de ceteris.

Musica instrumenta ante diluvium obtinebant, ipso Moysi, Gen. 4, 21, testante, quorum nomina apud Græcos et Latinos manent; sed incerta apud illos etymologia offertur in hebreo sermone; sicut et Hebreorum scripta primos eorumdem instrumentorum auctores produnt.

Nomina gentium, provinciarum, annuum, montium, vetustissima sunt et barbara plerisque Græcis et Latinis, sicut et gentilia Hebreis, quorum sermo et genitivas illorum explicaciones, et primos urbium auctores ac gentium portas apierunt. Nonne conjecturam inde capere licet, hunc ipsum Hebraorum sermonem primorum hominum vernacularum lingua fuisse? (Vide ingens opus geographicum Bocharti, inscriptum Phaleg et Chanaan.)

Ea est etiam hebraici sermonis indoles, ut vetustatem suam et supra cetera antiquitatem prodat. Ita est enim naturâ comparatum, ut ex simplicioribus et facilioribus via patet ad ardua. Ipsa rerum compositio, admixtio, additiones non nisi post prima illa irreperiunt. Studii sunt enim et meditationis. Porro hebreus sermo simplicissimus est supra ceteros; hebreus, inquam, in libris sacris expressus; quo enim in libris suis uttorum Rabbini, plurimum exterum rorum admixtione corrumptus. Radices hebreicas plerumque non nisi tribus litteris vel dubiis syllabis constant; nomina in variis casibus nunquam inflectuntur; pluralia tantum à singularibus distinguuntur. Sylaba in masculinis et in femininis pluralibus adiecta: anomala rare in declinationibus et conjugationibus; conjugationes vero potius quam verba multiplicantur; unde factum, ut ad nullum ferè usum valent verba auxiliaria summo lingue compendio. Genius ipsum in verbis distinguunt; et in verbis, sicut in nominibus, sua sunt feminina et masculina.

Loco pronominiu possessori, mens, tuus, suis, sunt apud Hebreos affixa ex unicâ litterula vel ad summum duplice, quibus satis loquentis persona distinguuntur; an femina sit an mas; genus etiam rei,

masculinum scilicet an femininum. Vocales rarissime in scribendo, quo Scriptura brevia maximè Desunt tandem sive verba, sive nomina composta; rarissime propositiones, et ille quidem plerisque non seorsum scripte, sed vocibus adjecta, in unum cum illis coalescent. Nihil de comparativis, vel superlativis, variisque conjugandorum verborum rationibus. Duo tantum distinguunt tempora, praeteritum et futurum; participia unum vel duo; infinitum et imperativum. Uno verbo, concisum magis, simplicem, facilem et expressum sermonem ne concepire quidem facilest.

Iacit planè omnia à demonstratione adhuc abessa fateor; et ineluctabilè planè arguuntur id nunquam evincunt, sive Adamicam linguam hodiè supersesse, sive illam cum hebreâ confundendam, sive alio quām chaldaicâ, sermonem locutus Noe et ejus filios. Sed ineluctabile pro se argumentum promant adversari, et quæ à nobis fuisse deducta sunt, aliis decompensis firmioribus conjecturis evertant. Argumenta nos quidem plausibilia adduximus, quorum vim auget multo sane validior et numero et auctoritate ejusdem sententiae propagatorum manus. Rabbi (1) et ex nostris commentatoribus et Patribus plerisque (2) hebreiam linguam ex Adamo repetunt. Nec alter planè suadent vetustatis illi characteres in eadem lingua expressi; que pariter linguis omnium ferme Orientalium mater iure meritoque habentur, chaldaæ scilicet, syriæ, arabica.

Quæ sederunt profani sententie, naturalem scilicet quandam fuisse hominibus linguam, vel productis casu in variis terre locis hominibus, post rem tentant pluries, et post variis articulatos sonos tandem usi venisse, ut varias lingues instruerent; que, inquam, sederunt scriptoribus hisce sententias, nihil habent, non dicam veri, sed nec verisimilis quidquam et solidi. Homines nec casu proderunt nec produisse quidem poterant; Deum habent auctorem, à quo simul et sermone accepérunt, ut nunquam sine usu sermonis fuerint.

New monstri loco habenda sunt, que de vetustate lingue sue jactant Agyptii, Armeni, Athiopes, postquam mirabilior alter inventus est, Cœropus sciulet Bæcanus, lingue sue belicæ sive hollandicae vetustatem supra ceteras effervens. Inisto quidem à naturâ amore patriæ sue et avilis sermonis studio quique tenetur; sed rari sunt, qui amorem hunc suum à extrema cō usque provexerint. Illud constat, quo gradu à locis et regionibus, ubi primorum illorum hominum sexus constituta erat, recedimus, eò pariter crescere linguis primitive inveniende difficultatem. Ad hæc, sicut vestigia quedam primæve hujus linquuntur in ceteris ferme omnibus orientalibus superesse

(1) Ita Rabb. Ben Gerson, Aben-Ezra, Abarbanel Jarchi ad Gen. 4, 1, 2. Simeon Ben Jochai in libr. Zohar, libr. Cosri, Azarias in Moar Ajajim.

(2) Origin. homil. 44 in Num. Hieronymi, in cap. 3 Sophon. August. libr. 46 de Civitat. cap. 11, et libr. 18, cap. 59, alijs plures.

constat; ita pariter ad distinguendam Adamicam linguam à ceteris omnibus satis non esse arbitramur, si quis radices quasdam hujus primavæ lingue, vel saltem affines quasdam voces inventisse sibi in aliquo sermone confidat. Cetera omnia congruere oportet. Sicut vicissim non rectâ consecutio deducitur, hebraicam linguan aliam esse à primitivâ, quod veterum zominum radices quedam nusquam in illâ recurrant, si ceteroqui reliqua omnia cum illâ planè congruant.

Tandem linguarum illa confusio, de qua Moyses, non ita accipienda est, quasi ex suberto inter gentes illos dissidio earumque in varia orbis loca dispersione naturali quoddam veluti consecutio deduceretur. Prodigio debentur omnia. Deus enim sive per se, sive Angelorum ministerio (vid. Orig. hom. 41 in Num., Aug. do Civit. l. 16, c. 6, Jonathan Paraphr. in Gen. 11, 7, 8) idiomatici confudit; ita tamen, ut primum eius ille sermo mihi aliena corruptionis sentiret in genere Sem extorquens fratrum, pures autem putuisse maneret in familiâ Phaleg, Heber, Thare, Abrahami.

(1) Chananeis, alio nomine Phoenicibus, auctoribus factum est, ut Hebraicus longè latèque per Africam exterasperat ferè omnes insulas Mediterranei atque maritimas ejusdem fratri regiones propagaretur. Hac probabilissima visa sunt, que de primevâ hominum lingua dissenserentur; quod argumenti genus egregiè adèo excusserunt viri quidam doctissimi, ut non alia ratione in examen revocandum illud susperimus, nisi in eorum gratiam, qui cum libris aliqui vel caretur vel non abundant, preclarè secum agi censeant, si aliquid eâ de re in Dissertatione hac nostra dicent.

(1) Chananeorum, Phoenicorum et Hebreorum sermonem unum esse emendemque, probant Bochartus, Huetius, Valtonus et alii.

DE TURRI BABELICA Dissertatio.

Turris Babelica ædificium monumentum est et historia contra quam nihil valuerunt sive longissimi temporis vices, sive dissipata locorum spatia, sive linguarum discrepantia, et gentium dispersio; nihil, inquam, valuerunt, ut ab hominum memoria tantum opus delerer. A primis inde sculis usque ad nostram ætatem manet eis rei traditio apud gentes fermè universa, his tantum exceptis, quibus barbaries ipsa et antiquitas alta oblitio in naturam penè transiit. Pura illa et exactissima manet apud Orientales, gentem omnium maximè moribus et litteris excultam. Deductam ex Orientalibus Graeci fabulis corrupserunt, id sibi vatibus coru indolentibus, ut omnia consilia fabellis inferrent, quòd genio populi in res miras servirent. Latenter hanc sub fabularum tegumentis veritatem à Græcis Latinis acceperunt. Pura rei cognitio, veluti puri latices è fonte, è Moyse ipso repetenda.

Mosaicæ historie fidem, argumento viro docto satis impari, in suspicionem revocare nütur Celsius (Origin. cont. Cels. l. 4), contendens, legislatorem hebreum hanc de turri Babelicâ historiam, a fabella poetarum de Aloidarum seu Titanorum in Jovem bello expressisse; cui reponit Origenes, non Moysen quidem, utpote poetis et litteris ipsis grecanis vetustiorum, ex illis; sed ipso potius Grecores vates ex hebreo legislatorē derivasse, quidquid veritatis fabularum fragmentis corrupserint.

Julianoi peratorum quantum haec historia subiecta fa-

bellam (vide Cyril. Alex. l. 4 cont. Julian.); usurpat pariter ad litteram illud, quod in textu legitur: *Faciamus nobis civitatem et turrim, cuius culmen pertingat ad celum.* Illud autem irridens reputabat imperator, nunquam, et si homines in unum conspirassent consilium, et si clementia ex universo mundo strices compararetur, si in lateres terra compingeretur omnis, nunquam ædificium tale consurgere potuisse, et si parietibus tenui quodam filo tenacioribus constaret, ut celum tangaret vertice. Deridicolo autem tradidit Christianorum et Judæorum credulitatem, quibus persuasum dicit, Deum hominum consilii perdendis linguarum confusionem immisisse, quòd sibi ab illis metuere.

Has viri impii calumnias repulsurus, S. Cyrilus observat, multum nos quidem abesse ab ea credulitate, quâ terrum Deum sibi metuentes consilii hominum dissipandis intendisse autumaremus. Ad captum vulgi loquitor Moyse, cùm descendisse Deum perhabet, et dûm pariter addit homines consilium molitus fuisse turrim edificandi, *cuius culmen pertingere ad celum.* Similis enim loquendi phrasis alibi in Scripturâ celum aliquid designat. Quum verò ex ejusmodi verbis fabularum autores fabricati sunt commenta, nihil ad Christianos. Si Deus descendisse legitur, ut ab inicio homines absterret, si confusionem in sermones illorum injectisse, id non eo consilio factum, quasi sibi mali aliquid timeret, sed ut homines ab iniuti et vano incepto, quâ est in illos bonitate, cogeret absis-

progenitorum, sicut et in familiâ, aliqui tamen corruptissimâ Chanaan (1). Ita divina Providentia consilio disponente, ut cùm Abraham in destinatam illam sibi suisque posteris regionem veniret, patrum suorum sermonem familiarem in illâ nactus, ab avito illo desuescere non cogeretur.

Chanaeis, alio nomine Phoenicibus, auctoribus factum est, ut Hebraicus longè latèque per Africam exterasperat ferè omnes insulas Mediterranei atque maritimas ejusdem fratri regiones propagaretur. Hac probabilissima visa sunt, que de primevâ hominum lingua dissenserentur; quod argumenti genus egregiè adèo excusserunt viri quidam doctissimi, ut non alia ratione in examen revocandum illud susperimus, nisi in eorum gratiam, qui cum libris aliqui vel caretur vel non abundant, preclarè secum agi censeant, si aliquid eâ de re in Dissertatione hac nostra dicent.

(1) Chananeorum, Phoenicorum et Hebreorum sermonem unum esse emendemque, probant Bochartus, Huetius, Valtonus et alii.

ter. Reputantes enim mortales illi, fieri iterum posuisse, ut nova imbrum procella in mundum excutatur, turrim adeò proceram adificandam aggressi sunt, ut nubes celsitudine strâ vincens, homines à diluvio ponent in tuto; quasi scilicet Deus, cuius nutu aqua ab inundanda terra destiterant, non æquè pariter valuerit homines ab earam metu liberare.

Paganorum cavillationes adversi Babelicam turrim, quasi scilicet ejusdem historie veritate motum à gigantibus Joven bellum confirmarunt, depulsurus Philo, omnia ad allegoriam detorquet (de Confus. linguarum), ratus regulas omnes dirigendis moribus apertissimâ à Moyse sub eis narrations obtenta prescriptas. Factum tamen ille non negat; sed moraliter tantummodo sensui executingo totus impeditur. Verum non morales ejus commentationes, nec objectas contra veritatem ejus historie cavillationes morati, id unum tantummodo in hac nostra Dissertatione suscipimus, ut nihil ex ejus historie circumstantiis in obscuro relinquatur. Ilæc igitur Moyse Gen. 11, 4, 2: *Erat (ab initio) terra latâ unius, et sermonum coram dem.* Cumque proficeretur de Oriente, invenient campum in terra Sennar et habitaverunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum: *Venite, faciamus lateres, et coquamus eos igni.* Habuerunt lateres pro sazis et bitumen pro cimento. Et dixerunt: *Venite, et faciamus nobis civitatem et turrim, cuius culmen pertingat ad celum;* et celebremus nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras. Gestâ haec ceduntur circa A. M. 1770, post diluvium 444, et ante aram christianam 2324. Non minus temporis spatium exigere videbatur, ut tot homines nascerentur, quot tantum opus representeret. Integrum tamen seculum satis superque repandum est.

Cum area illa, tutum Noe ejusque familie ab aquis diluvii effugium, in vertice Ararat Armenia montis insedisset (1) (locus est 40 vel 42 leucas ab Erivan, orientem versus), cum pariter locum in sedem elegre homines post diluvium; quod etiam recepta teneat apud Armenios et orientales populos traditio. Sisistrus, quem Pagani cum Noe confundunt, ex area egressus, ait Alexander Polyhistor (apud Eus. Graec. Chron. l. 1, p. 8), datum cœlitus vocem audivit, præcipitemen ut Babylonem rediret, doctorus homines litterarum usum, quas literas inventurus esset in urbe Sippara; scerit autem se Armeni tunc loca tenere. Gemina feme referit Abiensus ex Beroso (2); narrat autem Sisistrus, celatis in urbe Heliopoli in Sippare monumentis et scriptis, quæ apud se retinelat, consenso navigio, per inundantes diluvii aquas iter Armenian versus direxisse. Porro è

(1) Gen. 8, 4: *Recepivit arca mensa septimo super montes Armenie; Hebrei, super montes Ararat.*
(2) Apud Euseb. Graec. Chronic. l. 4, pag. 8: *Non inveterissimiles credimus urbem Sepharam sive provinciam Sepharanam, de qua Alexander Polyhistor, Berossus et Abiensus ipsissimum esse quan Moyse appellat Siphar, montem Orientis, Gen. 10, 50, et Herodotus l. 1, montes Sipros, et l. 4, montes illos collocat inter Colchos et Medos.*

Posterior Noe è regionibus Armenie in terram Sennar, i. e., in Babyloniam venerunt. Vasa templi Domini in fano idolorum suorum in terra Sennar à Nacobudonosore posita, asserit Daniel 1, 2, Josue (Jos. 5, 21); de rebus furo sublatibus ac Acham sermonem habens, subductum ab illo scribit pallium Sennar, i. e., interpreti Aquila, et Chaldaeo, pallium Babylone contextum. In regione ergo Sennar constituta erat urbs Babylon, quoniam aliquin regio illa multum supra urbem excurseret, septentrionem versus, si, ut quidem probabilissimè creditur, mons *Sagras vel Singar*, cuius apud autores profanos mentio (Strabo lib. 16, etc.), nomen sumum derivabat ex Sennar vel *Sengar*, juxta promuntionem eorum, qui litteram Hain veluti G pronuntiant, uti factum in *Segor et Gaza* aliquis nomnllis constat.

Nec initio consilio et una simul transmigratione faciem credo, ut homines desertis Armenti montibus in Babyloniam transmigarent. Paulatim venerunt secundum ripam Euphratis et Tygridis, opima pascendis gregibus pascua offerentes. Autò deinde numero tum hominum tum gregum, id tandem repulserunt, fieri vix posse, ut in una omnes regiones consisterent. Nec in illud tantum consilium venerunt, quod major esset populus et greges maiores, quoniam ut una ferret regio, sed in id maxime propensos confirmavit servanda pacis

et politis difficultas in populo, cuius tot essent principes quot per familias capita, nullā legi, nulla monarchie communione juncta. Revocari huc meritò possent, que de dissidiis pastorum Abrahami et Loti (Gen. 13) vulgata sunt; cum enim regiomis unius parsam amborum opinis gregibus non sufficerent, tollendis inter utriusque pastores jurgiis et simulatibus, quibus gregis necessitas fomentum in dies majus prabuisset, dissociare utrinque tabernacula et sedes coacti sunt.

Constitutis ergo ab hominibus in regione Sennar sedibus, consilium coepit est agitari de aedificandā urbe, quam veluti metropolim, imperii centrum et communem patriam haberent. Ad ornamentum et prasidium addere visum est celsissimi fastigii turrim, hęc secum reputantibus, perpetuum illud manusrum nominis apud posteros sol, tum et communis inter se necessitudinis monumentum, ut seris tandem nepotibus, quid hoc rei esset interrogantibus reponeatur, posuisse illa patres suos quō memoria non pertura manaret, esse se à parente Nee filios. Cum vero, addekan, in variis dissimilatis provinciis dispersi nos omnes configerit, Babelicam indicateas turrim, hic esse communem omnium patriam demonstrare poterimus, ut varia licet incolentes loca, fratres tamen et unus veluti patrie cives nos esse agnoscamus. Simili exemplo dū post Israhelitā ad sodis suas transjordanicas regredientes, ex aggressi terra struem exercent; monumentum posteris suis cum genitibus cīs annem necessitudinis (Josue 20, 2).

Istud consilii, uti verosimiliter credimus, homines agitabant, dum turrim et urbem Babelis aedificandam aggressi sunt (vide Tostat. in Josue, Aben Ezra, Levi, Ben Gerson, Saltan. A. M. 1509, et aliis plures). Aliis tamen alterum visum: reputant enim viros illos bellum in deos indicere molitos fuisse; quam in rem phrasim sacri texti expandunt: *Turrim, cuius culmen pertingat ad celum*; tum et titulum gigantis à 70 collatum Nembrodū, viro nempe ejus consili primo, uti creditur, auctore. Quare gigantes apud poetas ipsum attingerent; sed deos excausa in turrim ventorum et imbrum procilla coepit opus dejeccisse (idem lib. 2, cap. 5, p. 45).

Auctoritas quidem Josephi, eum à Scripturā reddit, nullus est momenti; nec majoris suppositiū Sybillae oracula; sed ejus testimonio apertè satis demonstratur, de consilio illo mortali, aedificandū scilicet Babelicā turris, nihil preclarè sensisse Judeos. Idem Sybillae oracula lundat Eusebius, cui majoris quidem ponderis aliam addit auctoritatem Abydeni, et Eupolemi, mentionem de turri illā inducentium; quam constructam diebant à gigantibus, perduellionis adversus deos consilium agitantibus. Ita ergo Abydenus: *Sunt qui primos homines è terrā natos, cum viribus et corporis mole confident, potentiisque superis ipsijs magno affectarent, immensas altitudinis turrim, ubi nunc sita Babylonis est, molitos esse dicunt; que cum iam propius abesset à celo, ventos ipsos, nataū Dīs operā, vastam et immancē eorum in capita substructionem effuisse, cuius ex collapse ruderibus erat, quam Babylonem vocant, extiterat.*

Eupolemus narrat urbem Babylonis et turrim hanc per totum latē orbem celebrisissimam auctores habuisse gigantes è diluvio reliquos; eversorem autem Deum; gigantes vero illos per totam latē orbis faciem dispersos. Artapanus apud Polystichum, sive ipse Polystichus (apud Euseb. lib. 9, cap. 18), asserit legi in quibusdam ignorantiorum auctorum libris, Abramum

tum fuisse Numen, ut dissipatos perderet facilis.

Nembrodū filius Chus, et Cham ex filio nepos, vir consilio promptus et manu, facinoris huius audaciam cateris homicidibus inspiravit. Jactabat vir illa identidem sibi accepto referre delubuisse felicitatem suam; augurabatur autem facile se mortales omnes dicto suo subjectos habiturum, si in defectionem adversus Deum adduceres illū valueret. Quare, ut in partes suas traheret incatos, optimum esse factu proposito, si celsi adeo fastigii turris excitareret, ut inundantibus deinceps diluvii aquis in tuto positi insultarent; quo simul molimine ultorū se dicebat patrum suorum necem, quis Deus immisso diluvii aquis extinxisset. Vanis hisce seducti homines promptam manum turri construende adverserunt. Coepit impigrē opus, namque imbecillioris esse animi rebatur, si divinis jussionibus morigeros se præberent; et cum rei prosecutioni nece deessent opifex, nec clementaria stres desideraret, proficiebat in dies edificium; quod tamen, ne ciuitatis insurget, facebat monūm soliditas et crassitudine, ut, quā proportionē turris illa in latum extenderetur, cō minus in altum videatur exercere. Audecam et obstinationem intulit Deus, ne tamen perire omnes sustinens, divisionem et linguarum confusionem inter eos immisit; ut cūm alter artem loquentem auscultare non posset, coacti tandem et desisterent ab opere, et in variis orbis regionis dispersi sunt. Hec Josephus, laudans priores Sybillae oracula ferens, homines unius olim idiomatica communicatione junctos, celsissimam turris constructionem suscipisse, quo scilicet veluti scabellū colum attingerent; sed deos excausa in turrim ventorum et imbrum procilla coepit opus dejeccisse (idem lib. 2, cap. 5, p. 45).

Auctoritas quidem Josephi, eum à Scripturā reddit, nullus est momenti; nec majoris suppositiū Sybillae oracula; sed ejus testimonio apertè satis demonstratur, de consilio illo mortali, aedificandū scilicet Babelicā turris, nihil preclarè sensisse Judeos. Idem Sybillae oracula lundat Eusebius, cui majoris quidem ponderis aliam addit auctoritatem Abydeni, et Eupolemi, mentionem de turri illā inducentium; quam constructam diebant à gigantibus, perduellionis adversus deos consilium agitantibus. Ita ergo Abydenus: *Sunt qui primos homines è terrā natos, cum viribus et corporis mole confident, potentiisque superis ipsijs magno affectarent, immensas altitudinis turrim, ubi nunc sita Babylonis est, molitos esse dicunt; que cum iam propius abesset à celo, ventos ipsos, nataū Dīs operā, vastam et immancē eorum in capita substructionem effuisse, cuius ex collapse ruderibus erat, quam Babylonem vocant, extiterat.*

Narrat Josephus (Ant. lib. 1, cap. 5), homines è diluvio reliquos novam procillam sibi metuentes aliquandiu in montibus substituisse; cūm tandem Sem, Iaphet et Cham omnium primi ē crepidine montium in plana descendissent, ac exteris, ut exemplum suam sequerentes, fuissent auctores, omnes tandem in regionem Sennar transmigrasse. Tunc Deus alto providentia sua consilio meditans in varia orbis loca mittere colonias, cūm refractarii voluntati sue habebet homines, spreta divinitatis injuria, ultimus, flagellum in ipsis excausit. Nec semel Deus praecepit illud refractariis injinxit, sed iterum insistentes, iterum jussionibus suis habuit immorgeros; reputantes scilicet, eo consilio se dispergere medita-

in terram gigantum venisse; audaces verbū homines illos perdidisse docebat illorum provocatos; unum tamen mansisse Belum, qui Babylonē consilium ad eum sibi elegisset in turri à se construā, et eius deinde nomine appellatā. Addit, Abramum post haec in Pheniciā et Egyptū venisse.

Ne meliora sentiunt de constructoribus Babelice turris inter Patres plerique. Impium illud consilium à viris scelestissimis à Deo perduellibus initum fuisse, certum ubique constituit Philo in sua lucubratione de Confusione linguarum. Verba illa: *Edificare turrim, cuius culmen pertingat ad celum*, atque exstinxisse, ad litteram interpretat̄ S. Augustinus (lib. 1, quest. in Genes. quest. 21): *Si enim hoc fuit eorum consilium, aī ille, ut ē summo turris cacumine pertingenter ad celum, nimis stulta audacia, et impetu eorum reprehenditur.* Et quidem absurdū illos sensisse, divinæ ultioris documento intelligimus. Addit autem idem Augustinus de Civit. lib. 1, c. 4: *Quid factura erat humana et rara presumptio? cuiuslibet enim, et quantitabilib[us] in celum adversus Deum altitudinem motu exstolleret, quando montes transcendat universo, quando spatium nebulos acris cūderet?* *Quid deniq[ue] vocaret Deo quantumcum vel spiritalis vel corporalis elatio?* Facile autem credit alibi (de Civit. lib. 6, cap. 41), Patriarcham Semum in antequibus illis consiliis inquamū communicasse; nihil enim ad illum de impostā carceris penā, confusione nomine linguarum; purus namque hebraicus sermo (quem primavera lingua conseruit) in eis famula permanuit. Hec Augustinus.

Eius vero operis auctore intentiorenum ne dubitans quidem constituit Nembrodū (de Civit. lib. 16, cap. 4), ut ex Scripturā intelligere sibi visus est, perhinc (Gen. 10, 18): *Principium regni egypti Babylon.* An vero una vel plures excitatae fuerint turres, ambigera se profiteret; soleme est enim, ut singularis usurpete aliquando loco plurimas, ut cīm desī quando aliquis rei generi frequenter sermone dicimus, miles, locusta, rana, etc. Recepta tamen vulgo opinio tenet, in unius tantummodo turris aedificatione juncta defendit; nihil eā de apud Moysen.

Hac scribentes cō sensim detinunt simus, ut turrim illam Babelicam describeremus. In ipso limine experientur fortē lectors, ut grande aliquod aedificium oculis exhibeat; ex quo enim ad litterā verba illa accipiuntur: *Cuius culmen pertingat ad celum*, nihil erit adeo magnificum, adeo verbis exaggeratum, quod verborum illorum granditas non superet. Arcem Babylonis, quam ipsissimum credit turrim, possum illū exaltatam, 4000 passuum altitudinem aquasse, ex aliis acceptum refert S. Hieronymus (2). Ad passus 5,174 assurgentem describit Ado Chronicus, etate prima; tradens insuper, paulatim in altum coactū, quōd facilitis inferiora molis fundamenta innimenes.

(1) Seu potius principes familiarum convenierunt. Vide Epiphanius, Haeresim lib. 1, haeres. 39.

(2) Hieron. In Isa. c. 14, lib. 5, pag. 49, edit. Victorii. Arx autem, i.e., Capitolium hujus urbis, est turris quae aedificata post diluvium, in altitudine quatuor milliarum tenebre passuum, paulatim de alto in angustias coactata, ut pondus imminens faciliter a lateribus sustentetur. Describunt ibi templo marmoreis, auricas statuas, plateas lapidibus auroque fulgentes, et multa alia quae penē videantur incredibilia.

dus sustinerent. Addit etiam post S. Hieronymum, offerri pariter tempa marmorea, statua aureas : et plateas, auro gemmisque fulgentes, allaque plura supra fidem, quibus urbs Babylon distinguenteret. Paria legas in Chronicis Isidori, cuius textus habet 4,000 passus, in orā autem annotatum est 5,474. Quod adducti auctores illi de pretiosis ejus turris ornamentiis, insinuat planē templum Beli, de quo plura Herodotus, et Diidorus Siculus ; vel arcem in medio Babylonii, cuius Diidorus et Q. Curtius meminerit ; sed omnia augent in magis ; haec enim habet Herodotus (lib. 1, cap. 181, 182). Postquam enim idem auctor pluribus Babylonii urbem descripsisset, addit, in urbe et in unā ex eis partibus (in duas enim intersecante Euphrate distinguitur), duos spectari insignis proceritatis muros, quorum alter ad eas regias, alter Jovis Beli templum claudunt. Postremum hoc adūcūm, cuius aensi erant postes, Herodotus aetate adūc spectabat ; impositum autem erat areæ quadrati durorum stadiorum. Assuebat in medio spatiū ejusdem figure turris, cuius basis stadium sive 425 passus in longitudine, et toidem in latitudine (Herodotus ibid.), vel iuxta alios scriptores, in altitudine et latitudine dimetiebatur. Surgebat supra turrim turris altera imposta, qua idem tertie fundamentum erat ; tercia quartae, et sic deinceps usque ad octavam. Per gradus in extimā molis superficie extractos ad summum caecum ascenderat, quamquam non perpetuo scalarum ordine ; erant enim identidem latiora requiescendi assidendi spatha. Octave turri insidebat amplissimum quoddam templum, in quo nulla simularia, sed splendidi stratus locutus, ante quem aura mensa posita. Noctu in templo quiescere nemini, ait Herodotus, permisum, nisi femina inter ceteras iuriis urbis à Belo, uti quidem à Chaldeis ejus fani sacerdotibus credulis impositum est, selecte ; cum quā Deus non maritata congressus habere ceditur. Idem iuris obtinebat Thebas in Egypto, in cuius fano Jovi Thebaco dicato femina claudebatur ; quod pariter privilegium erat femina sacerdotium agentis Patara in Lyciā. In inferioribus ejusdem templi Belo dicati adūcili, ait Herodotus, spectat, ubi colossalis Jovis figura thronus assidens, habens ante se mensam positam ; ex solido auro omnia, statua , thronus, mensa et mensae bases. Totum opus estimabam Chaldei 800 aureis talentis (1). Extra edem aliud ejusdem metalli nitit altare, in quo lactantia tantum animalia mactabantur ; pro victimis prosectoris attatis magis aliud positum est. Aliquandiu ante Herodotum è solidi auro alterum simulacrum consecratum erat 10 cubitorum : quo excepto, reliqua omnia oculis suis lustrasse idem auctor testatur ; atque ex fide Chaldeorum refert, Darium Hystaspes surpere si- mulacra illud tentasse ; sed cùm principis illius molimen irritum cecidisset, Xerxes ejus filio cessit felicitas. Singula hec fusilli referri malui, quòd ab auctore cozzo et ocululi teste memorie prodita sint ; qui nempne auctor abhinc plusquam 2000 annis vivebat.

(1) Id est, 4,090,000 libris, singulis talentis in 2,100 libras computatis.

Strab., Trogus, alii plures), vel Nabuchodonosori (vide si placet Dan. 9, 27, Joseph. Antiqu. lib. 10, cap. 11). Constat plane, soleme fuisse Orientalibus, condite urbis vel molis honorem ejus reparatori, vel qui ornandum illud angustumque suscepissent, tribuere. Ita non raro in Scripturā princeps aliquis condite urbis auctor perhibetur, quamquam ante illum stetisse urbem illam constet ; quod scilicet vel munitionibus illam cinxerit, vel versans reparaverit. Ita pariter Nabuchodonosor florentem diū ante se Babylonem adūcītū gloriatur (Daniel. 4, 37) : *Nonne est haec Babylon magna, quam ego adūcītū in domum regni, in robore fortitudinis mea et in gloriā decoris mei?* Fieri ergo optimè potuit, ut Nemrod et posteri Nōi urbis et tunc Babylonice fundamenta locarint, que postea edificia Belus perficerit, ornari, et Belo ipsi dedicari Semiramis ; ac tandem fulgentis jam urbis nitorum auxerit Nabuchodonosor.

Bulus Assyrius, qui Babylon regnabat post Arabes, congruit aetate cum Samgar Judice Israel (A. M. 2682, ante Christum 1511). Ninus ejus filius imperium Assyriū fundavit anno 2757, ejus deinde pondus Semiramis ejus uxor post illum sustinuit anno 2789. Quare Moyses nec de operibus Beli, nec Semiramidis agere poterat. Qui vero Belum ipissimum esse Nemrodum reputant, in anachronismum apertissimū incident, nisi alterum Belum inventant patre Nini multo vetustiorem.

Apud profanos Ninius Nineveh urbum condidit, quam tamen Nemrodi aetate jam floruisse (Gen. 10, 11) sat constat. Reparavit ergo urbem Ninus, auxit, munitionibus vallavit, ornavit ; Nemrod vero sive Assur primum illam condidit ; ex quo aliud nostra conjectura accedit argumentum, Babylonem scilicet fundasse Noemi posteros ; sed idiomatum confusione turbatos, imperfectam religuisse ; quare suprenus manu copto ipso imponeenda sibi singuli aetate studebant, Belus, Semiramis et Nabuchodonosor, quibus auctoribus id incrementi urbi, ut ejus condite honorem sibi singuli vindicarent.

Post Alexandrum Magnum nihil satis certi de turri Babylonica. Facili p̄ ipsius oratione ruinis suis obliuione seputa est ; et cūm Plinius suā adiuse rētate superesse testatur, Herodoti textum habens pro oculis, verbum verbo reddidet. Stabat enim Herodotus in vivis aëte ; et post illum usque ad Pliniū magazē rerum vios in Babyloniam.

De turris hujus celsitudine silet Herodotus, inferrem tamumq; dō, nempe octauam in fundamento locatam, stadio in quadrā gyrase referens (Herod. I. 4, c. 181). Stadio assurgentem et porrectam in quadrā, nempe passibus 125, Strabo testatur (lib. 16, init. p. 758). Est enim, nīt, quadrata pyramidis lateritia ; et versa est modo, dejeiciente, nīt quidem creditur, Xerxes. Restituere opus tentavit Alexander ; sed cūm immensi esset et laboris et temporis, non minus enim quam 1000 hominum bimestri spatio impensis sunt, ut ē ruderibus aream purgarent ; cūm, inquam, tanti es- set moliminiis opus, nec Alexander, morte statim pre-

ventus, valuit perficere, nec ex ejus successoribus alter in eis curse partem venire sustinuit. Itēc Strabo, qui turrim illam seu pyramidem Belli sepulcrum appellat.

Rabbini in libro *Jacobus turrim Babyloniam assurrexisse* 27,000 passibus communiscentur : quam etiam measuram in libro *Pirke* prorogant usque ad 7000, quòd nempne numerus respondat 70 Angelis throno glorie assitibutus, et 70 populis qui tunc in orbe agebant, ac totidem linguis, in quas Babylonica confusa unicun antea seruonem dispescuit. Ejus edificiū fundamenta 2000 longitudinis passibus dimitetur Benjamin Tudensis ; addens, turrim equisste in latitudine 210 cūbitos vel 500 pedes, in longitudine verò 100 perticas vel 600 pedes. Porrò ille nonnisi de eversis illius molis ruderibus, qualia oculatus testis spectavit, egiſe credendum est, cūm diū ante prostratam jacuisse constet.

Itinerantes exterū, cūm in eas regiones venissent, curas suas omnes impenderant, ut de celebratissimo vetustatis monumento aliquid resicerent ; sed cūm inter illos non satis conveniat, nihil est ut aliquid ex illis capiamus adjumenti. Circumiacentes populi certum locum veteris Babylonis ignorant, et alta illa, que regiones tenet, ignoratio, portentosā adē apud illos invexti fabellas, ut de eorum credulitate nihil nobis scientia adiungatur. Narrat Gujor ex relatione duorum virorum Abbrevillennum, qui mancipiū jure servierunt praefecto Bagdad, turrim Babyloniam molē esse lateritiam (singulis lateribus ad brachii mensuram) rotundam, bīlumina et argilla camenti loco coherentem, altitudinis 50 perticarum, vel 500 pedum. Commode ad eūs culmen evaditur non per gradus, sed per viam in muri crassitiae pantalim ascendentem, viam autem adē spatiōsam, ut 20 similes gradientes homines capiat. Crassus est murus ejus molis 100 passibus, et pro dato deceni brachiorum spatio patent Januae rotunde, ondē in interiora adūcītū aditus ; sicut et disposite sunt ad transmittendam intus lucem fenestre, pro dato qualibet 6 brachiorum spatio. Extin- man superificem ornata insculpte figure capitum virorum, feminarum, animalium, quadrupedum, pī- scium et avium. Hec auctor, persistere adūc Babylonia turrim intactam autam.

D. de La Boullaye apud Daviti (alia pag. 516, 317) refert, contulisse se, exploratorum reliquias turris Babylonica, in locum tribus leucis à Babylonie, in agro inter Euphratē et Tygrim medio. Speciā autem turri intus solidam (1), speciem habentem montis potius quam adūcītū. Basīs ejus, alt., gyrat facili 500 passibus circiter, quamquam et aggressa circum ruderā aream occupant 400 seu 500 passuum circiter.

Ita verò adūcītū illud construitur. Sex lateritiis ordines primum spectantur, postea septem, et sic deinceps alterno ordine usque ad summum. Inter se-

(1) An fortè paria insinuat Herodotus agens de turri babylonica templi loco Belo dicata, illis verbis : *Turris solidā adūcītā est?*

xum et septimum ordinem è palea recenti adhuc veluti locutus insternitur, tribus digitis crassus. Lateres singuli pedem regium habent in quadro, 6 digitis crassi; cementum quo inter se cohærent, digito circiter crassus est; mixtura est autem è terra et bitumine, quali hodiè usque pro cimento ejus loci incola utuntur; scatet enim perenni fonte in lacu proximo bitumen. Numerasse se dicit auctor 50 ordines 6 laterum, quibus ali 7 succederent, ut proinde totius molis altitude ad 158 regios pedes assureret. Patet in cacumine amplior quedam fenestra; in basi verò antrum est, continendis leonibus aptum; et circa medium hiatus interiora penetrans edifici ad usque latitudinem, pede in quadro non major.

Alia plene sunt haec ab iis quae lucusque disseruimus. An D. de La Boullaye coheret cum aliis itineribus ignoro. Spectantur, inquit illi, in loco tribus leucis à Bagdad inter Euphratem et Tigrim medio, in vasta quadam planitate magna eujusdam turris ruderata, vulgari regionis nomine et traditione credite turris Nemrodii. Gyran ruderata illa 300 passibus creteret; surgunt autem majoris olim edifici vestigia circiter 20 peritis seu 120 pedibus. Lateribus sole excoxit decem digitorum regiorum in quadro et trium crassitudinis constat opus; sex lateritii ordines alteri contrarium arundinum et paleo admixtarum ordini incumbunt. De formâ hujus edifici, vetustate undique collapsi, nihil certi. Quadratum tamen potius quam rotundum crederetur. An verò ruderata illa Babelice turris habenda sint, nec ipsa ejus regionis traditione satis constat. Arabes enim ejus loci molem hanc appellant *Agarour*, opus tribuentes Arabum cuiudam principi, qui cogendis in praliū suis accensā in ejus cacumine face signum dabant.

Petrius de Valle, clari nomini itinerator, eadem quā ceteri, sollicitudine, ruderata ejus turris spectatur venit; sed in descriptione non satis cum aliis convenit. Refert ille, in loco, lence quadrante ab Euphrate orientem versus, spectari ruderata quadrati latitudi et magni operi edifici, 1150 passum circiter ambitu. Superiora, ferè ubique in conum, veluti pyramides desinunt. Constat opus lateribus sole excoxit, quibus conjungendis pro cimento est mixtura quedam è terra et arundinibus quibusdam contritius, quibus colligantur ex una veluti massa totum opus concreatum est. Quo loco firnior exegit adhuc cimento compages, latere igne excoxi ac bitumine colligati substituti sunt. Porrò vir iste, de quo modò, delineauit sibi curavit das ejus edifici minus deformatas facies, septentrionalē nempe et meridionalē, que cum, Romanum vanisset, obtulit P. Kircher, qui are incindendas curavit. Qui persussum habent ipsissimum hanc esse veterem Babelicam turrim, 4^a laudant pro se receptam incolarum traditionem locum illum Babelem appellantium; 2^a ejus edifici materialē, latere nempe bitumine colligatos, que cum relatione turris Babelice apud Moysen quadrat; 3^a quadrat et locus turris in agro Sennar ad Tigrim.

Sed facile hæc omnia diluas. Recepta in populo tra-

ditio, nec constans est satis, nec uniformis. Alia spectantur in regione turres, quibus eadem appellatio communis. Ad rationem addicandi quod attingit, nihil in illa pecuniae; lateres enim et bitumen pro cementaria omni materia hodiè pariter obtinent in illis regionibus. Gratias autem certus illi locus pro agro Sennar et loco turris assignatur. Si quis scientia valeret ad eum locum illum turris ad duas lencas prater propter assignaret, illi certè causa adjudicanda esset, atque omni ambigenti remota causa, an turris illa intacta, vel ruderibus suis spectanda adhuc subsisteret, certò definitur.

Sunt qui turris illius ruderata juxta Baldach ad Eu-phratem assignent (Korman in Templo natura p. 289). Monstrant regionis incerte ingentem ruderum et lapidum struem, veteris edifici reliquias, quas propius aedificare vetat metus anguum, magno numero in latibris illis versantur. Verum si lapidum strues superest, alterum sanè est edificium à turri Babelicā, lateribus tantum et bitumine fabricata.

Paulus Orosius (lib. 2, c. 6), et post ipsum S. Greg. (Greg. Turon. lib. 1, c. 6 Hist. Franc.), confundisse in una videtur urbem et turrim Babyloniam, quasi pro eodem usurpatas duo illa Scriptura verba: *Civitatem et turrim*; nempe, ut ipsi quidem insinuant, urbem turribus munimat; saltē expressē satis antores illi Babylonem conditori Nemrodō assignant. Sed Paulus Orosius notat reparatam illam fuisse à Nino vel Semiramide, quibus auctoribus debentur insignia illa edificia ab historiis celebratae. Reliquia ejus turris etate sua adhuc mansisse affirmat Theodoreus (In Gen. quest. 59), asserens pariter illos qui oculis rem tam exploraverint, atque frustula ejus edifici avulsa secum tulerint, optimè nōsse edificium illud latitudine fuisse, bitumine pro cimento colligatum. Nec plus Theodoreus.

Ex his omnibus statuendum censemus, historie apud Moysen relata veritatem assertant esse maximē, nihilque aliquis ponderis adversus illam objiceret potuisse sive Julianum, vel Celsum, ceterosque nostræ religionis adversarios. Fabellam autem gigantum, deponere è cœlo Jovem nitentium, à Moysi derivari. Nonne enim Moyses, utpote poësis omnibus vetustior, accipere quidquam ab illis potius. Celstitudinem verò turris nullo doceri satis asserto monumento. Dejectam sive ventorum procœllia, seu ignis à cœlo dilapsi vi nunquam constat; quin potius non inversimiliter credimus, mansisse adhuc post hominum dispersionem. Belus, Semiramis, Nabuchodonosor augendæ conditæ jam urbi ormandæque pro suā quisque astate leborant. Non Xerxes quidem molem illam dejecti; sed sponte corruit eo temporis intervallo, quod post Hædrōtonum usque ad Alexandrum Magnum deflexit. Alexander illi restituente consilium invit; sed summam operi manum non valuit impone. Quæ ab itinérantibus relate sunt, versas quidem habemus vetustissimorum edificiorum reliquias; sed ipissimum hanc esse turrim Babelicam haeremus ambigui.

CARRIERII VITA.

CARRIERIUS, Gallicus de CARRIERES, (Ludovicus) ab Auville, prop̄ Juliomagum, oriundus, Oratorianorum Patrum ordinem ingressus est; nec multò post modestie pariter aque eruditio decoro conspicuus, ad variis conventis munera promotus est, que ad etatem usque proiectam, summo sodalium plausu, exercuit. Vir exulti admodum ingenii, nullius ecclesiastice laudis neglexit ornamentum; verum Scriptura sacra, ex quā velut ex fonte uberrima extera discipline ulzo fluit, subseivas plerisque horas implinet. Longarum elucubrationum fetus prodit Parisiis ab anno 1701 ad annum 1716, 24 v. in-12, modo studio inscriptis *Sainte Bible*, in latin et ex frances, avea un commentaire littoral inséré dans la traduction française. Commentariolus de quo hic agitur et quem praे ceteris interpreibus gallicis recudendum duximus, constat, ut videre est, uno altero verbo Scripturarum compagini opportūne intertexto, quo sensus complector liquidiorique evadat. Ab ipsa ver-

IN EXODUM COMMENTARIUM. Argumentum.

Liber hic, ex præcipuo operi argumento à Gracis primū, deinde à Latinis vocatus est Exodus, id est, egressus (emarit enim egressum Mosis et Hebreorum ex *Ægypto*, versus terram promissam Chanaan), perinde a vocata est à Gracis et Latinis Genesis, Levi-ticus, Numeri, Deuteronomium, ex argumento quod singuli hi libri pertinacit. Apud Hebreos enim nulla his titulis nomenclatura respondet; sed ipsi quemque librum à sui exordio indigit; ut Exodus vocant *sicut scemot*, id est, *et ista sunt nomina*: quia ita incepit Exodus.

Auctor est Moses, qui, ut in Genesi, descripta creatione ac propagatione mundi, mox relicta historiā aliarum gentium, sui tantum populi hebrei, pati populi fidelis ex Abraham, Isaac et Jacob prognati, historiam, originem et propagationem descriptis, ita hic in Exodus eadem proseguuntur.

Historiam ergo Patriarcharum et Hebreorum, à morte Josephi, in quā Genesim finierat, resumens hic Moses, eamdem perfexit usque ad annum alterum ab egressu Hebreorum ex *Ægypto*, ut patet Exodi olt. v. 1 et 15.

Complectit ergo Exodus gesta annorum 145. Id ita esse patet; nam à morte Josephi usque ad nativitatem Mosis fluxerunt anni 64. Moses verò anno a-

dis 80 edidit populum ex *Ægypto*, et anno sequenti erexit tabernaculum, in cuius erectione finiuit Exodus; junge enim 64 cum 80, his adde anno annū insequenter, habebis annos 145 jam dictos.

Pro quā re, adeoque pro totū chronologīa Exodi, nota Hebreos habittās in *Ægypto*, non 450, ut aliqui volunt, sed tantum ducentis et quindecim annis: ita ut à descensu Jacobi in *Ægyptum*, qui contigit anno Jacobi 130, Josephi 39, usque ad exitum Mosis et Hebreorum ex *Ægypto*, fluxerint tantum 215 anni. Id ita esse ostendam c. 12, v. 40. Ab hoc descensu usque ad mortem Josephi fluxerunt 71 anni; contigit enim hic descensus anno Josephi 39: Joseph autem vixit usque ad annum etatis 110.

Rursum, à nativitate Mosis usque ad exitum Hebreorum ex *Ægypto*, fluxerunt anni 80. Unde sequitur medium tempus, quod fluxit à morte Josephi ad nativitatem Mosis fuisse 63 annorum; si enim 63 annos addas annis 80 Mosis, et 71 Josephi, qui fluxerunt à descensu Jacobi in *Ægyptum* usque ad mortem Josephi, Iacobis et expletis dictos annos 215 qui fluxerunt ab hoc descensu usque ad exitum.

Errat Trogus Pompeius, sive Justinius lib. 36, qui tradit Mosem fuisse filium Josephi. Errat et Josephes, qui lib. 4 contra Appionem esserit Joseph esse defun-